

# INDEX PRIMI, ET SECVNDI TOMI CONCLVSIONVM LEGALIVM.

QVÆ INGENIOSE DELIBATÆ FVERVNT EX FLORIBVS Decisionum Rotalium totius Orbis, & præcipuè Romanæ Rotæ, quæ, aut typis impressę, aut manuscriptę leguntur.

IN QVIBVS RERVM DIFFINITIONES, OMNIAQ; NECESSARIA ad materiam Iudiciorum Ciuilium,& Criminalium; necnon ad Decisionem beneficialium, & spiritualium causarum,varijs,verisq; rationibus enucleantur,ibiq; dogmata Theoricę, ac modernæ praxis, & rituum quorumcumq; Tribunalium Italiæ, & extra, facillimè congeruntur.


Præterea de differentijs inter vtrumq; Forum ad partes disputatur, eædemq; præclaris dictis sacrarum, ac humanarum litterarum studiosè illustrantur.

Opus alphabetico ordine dispositum, cunctisq; virtutum professoribus perutile, ac necessarium.

AVCTORE

LAVRENTIO VRSELLIO FOROLIVIENSI I.V.D.

CVM PRIVILEGIO.





ROMÆ,
Ex Typographia Io:Baptistæ Robletti MDCXXXVII.

Superiorum permissu.

*Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. M. S. Palatij.*

A. Torniellus Vicesgerens.

EGo Yuo Gattula Rom. I. V. D. & in almo Vrbis Gymnasio Legum interpres in ordinarijs primarius matutinus ex auctoritate Reuerendiss. Sacri Apost. Palatij Magistri Tertium Volumen, quod Repertorium nuncupant duorum priorum inscriptorum EXAMEN APVM, SIVE CONCLVSIONVM LEGALIVM, Auctore Consultissimo viro D. LAVRENTIO VRSELLIO nobili Foroliuiensi, legi, & consideraui, nihilq. in eo, quod oecumenicæ, & orthodoxæ Fidei sit contrarium, bonisq. moribus repugnet comperi, quapropter ipsum ad publicam vtilitatem imprimendum, & in vulgus dandum censeo. Romæ, 4. Id Februarij M. DC. XXXVII.

Ego Idem Yuo Gattula.

*Imprimatur*

Fr. Hyacintus Lupus Mag. & Soc. Reuerendiss. P. M. Sac. Palatij Apost. Ord. Prædic.

# INDEX ALPHABETICVS CONCLVSIONVM ET MATERIARVM

## Primi, & Secundi Tomi Laurentij Vrsellij, locupletissimus, & in pluribus verbis ad faciliorem Studentium adinuentionem miro, atque elaborato ordine ab eodem Auctore accommodatus.



A de

tamen

ire non tenentur, nisi adesset consuetudo in contrarium, vel haberent Cappellas, & Ecclesias Parrochiales cum cura animarum, & eorum Monasterio annexas. concl. 1. n. 104. & ibi assignatur ratio.
Et etiam exempti ligantur Statutis, & Ordinationibus Oecumenicæ Synodi. concl. 1. n. 104.
Abbates, & Prælati inferiores in Prouinciali Synodo habent votum decisiuum, illorum verò Procuratores consultiuum tantùm. conclus. 1. n. 105.
Exempti in Synodis Prouincialibus, & Diœcesanis vtuntur mitris aurifrigiatis; laminas tamen aureas, vel argenteas non habentibus. concl. 1. n. 5. & 105.
Fallit tamen duobus modis, ibidem.
Abbates, & alij Prælati, vt sciant quando Concilijs interuenire debeant, sunt citandi. concl. 1. n. 106. & ibi datur forma citationis.
Et isti, & cæteri Prælati inferiores possunt abesse ab eorum Ecclesijs, per spatium duorum, vel trium mensium continuorum, vel interpollatorum, recreationis gratia, & ex iusta causa; si tamen id fiat sine detrimento Gregis sibi commissi. concl. 1. n. 107.
Et Territorium cum iurisdictione Episcopali habentes, si vltra prædictum casum non resideant, incurrunt easdem pœnas, quas Episcopi non residentes. concl. 1. n. 108.
Et illi, & Prælati Regulares habentes Curam animarum, per ipsosmet administrandarum, si nō resideant dictas pœnas incurrunt, de quibus supra. concl. 1. n. 108.
Fallit si adesset iusta, rationabilis, & necessaria causa. concl. 1. n. 109.
Et quæ causæ à residentia excusent, vide ibidem.
Abbas transiens per loca extra suam Iurisdictionem rogatus à deuotis personis, potest illas licitè benedicere; absque tamen solemnitate, & sine animo exercendi iurisdictionem, concl. 1. n. 110.
Potest benedictione Pontificali in aliena Ecclesia vti, si licentiam celebrandi in ea haberet; aliàs secus, concl. 1. n. 111.
Et inuitatus ad celebrandum in aliorum Ecclesijs, potest in illis liberè Pontificaria exercere, & Ordines minores conferre, concl. 1. n. 112.
Potest per declinatoriam fori, ab Ordinariorum molestijs sua iura tueri, concl. 1. n. 113.
Et quomodo in ipsorum iurium exhibitione se gerere debeat, vide ibidem remissiuè.
Contrarium habetur n. 114.
Concorda, vt ibi n. 115.
Abbates de iure communi à lege Episcopali Diœcesana sunt exempti; à lege autem Iurisdictionis non, nisi aliquando per priuilegia, conclus. 1. n. 113.
Et Regulares habent Iurisdictionem quasi Episcopalem, concl. 1. n. 115.
Et quando Regulares Inferiores, aut ad vitam, aut ad certum tempus creantur, non possunt intra illud, absque iusta causa, à suis Superioribus deponi, concl. 1. n. 116.
Abbas potest deponi si sit incontinens, bonorum dilapidator, in administratione negligens, prævaricator suæ Regulæ, vel adesset vrgens ratio maioris boni communis, concl. 1. n. 116.
Sed antequam deponatur, tunc illi debet legitima defensio concedi, concl. 1. n. 117.
Potest cogi ad renunciandum officium ex pluribus causis, constito tamen de illis, concl. 1. num. 118.
Causæ autem sunt istæ; nempe conscientia criminis, senectus, corporis infirmitas, defectus scientiæ, graue scandalum, impedimentum corporis, & irregularitas, vt ibidem.
Debet habere scientiam saltem competentem, concl. 1. n. 118.
Quando renunciat, debet facere renunciationem in manibus Generalis, vel alterius Superioris, si loquamur de Abbatijs, & Prælaturis electiuis; secus si de illis, quæ à Papa conferuntur; quia illæ in manibus illius sunt resignandæ, aliàs renunciatio alio modo facta non valet, concl. 1. n. 119.
Depositus ab Abbatia vti culpabilis, remanet Monachus illius Monasterij, in quo fuit depositus, concl. 1. n. 120.
Quando deponitur ab Abbatia, tunc culpabilis præsumitur, ibidem.
Qui sponte suo muneri cessit, vel ab eo sine culpa sua fuit depositus, tunc habet primum locum post Abbatem in Choro, & in Conuentu, concl. 1. n. 120.
Abbates Generales non coguntur residere in in particulari loco suæ Religionis; sed ibi residere debent, vbi eorum præsentia erit magis vtilis, & proficua, concl. 1. num. 121. & concl. 2. num. 41.
Extende, vt ibi sub n. 121.
Abbates, & cæteri Prælati non possunt etiam ad instantiam Regum, & Principum egredi limites suæ Religionis, & ad remotas partes se conferre, ac abesse, vltra tres menses, sine licentia Summi Pontificis, concl. 1. n. 121.
Abbas potest Pontificalibus vti, necnon populo benedictionem conferre in ijs locis, qui eidem pleno iure sint subiecti; secus autem in non subiectis; nisi ex particulari priuilegio illud ei fuerit concessum, concl. 1. n. 122.
Et illius benedictio, ad hoc, vt sit valida debet fieri in diebus festiuis super populo, dum solemnia celebrantur, concl. 1. n. 123.
Secus autem si daretur alibi; nempe publicè per vias, aut ciuitates, castella, siue villas; quia eam tali modo Abbas dare non potest, concl. 1. n. 123.
Et licèt Mitra, & baculo vtatur, necnon faciat omnia ad spiritualem Iurisdictionem concernētia; nihilominus non potest impedire Episcopū quin temporalem, & contentiosam iurisdictionem exerceat, veluti in causis matrimonialibus, criminalibus, cum similibus; & propterea hinc fit, quòd ille manuteneri debet in earum cognitione, nisi per tres conformes contrarium probetur, concl. 1. n. 124. & ibi ratio assignatur.

Fallit

Et

Et

# Index Conclusionum,

Absolutus siue cōdemnatus in loco perpetrati delicti an possit iterum inquiri, vel molestari in loco originis, & è cōtra, vide cōcl. 12. n. 7. & seqq.
Absoluere non potest Princeps, nisi prius concordata parte, concl. 12. n. 26.
Extende quinque modis, vt ibi num. 27. & seqq.
Fallit tamen quinque modis ibi n. 31. cum seqq.
Absoluto malefactore censetur etiam absolutus mandatarius, quando reus absoluitur super facto, vt puta si fuisset pronunciatum delictum non fuisse commissum; secus verò si fuisset dictum solutum, quòd reus non fuerit in culpa, & sic super Iure tantum, quia tunc, ex eo non excluderetur, quia mandans illud alio modo potuerit perpetrare, concl. 12. n. 37.
Contrarium tenet Ricard. Malumb. ibidē, n. 38.
Concorda, quòd vna opinio procedat in Ciuili, altera verò in criminali ibidem. n. 39.
ABSVRDVM est euitandum, & absurdum diceretur, si consuetudo extaret de extraneo instituendo, concl. 13. n. 1.
Et tale etiā dicetur, si minus relinquatur fœminis pro ingressu Monasterij, quàm pro matrimonio carnali, quia illud est altero nobilius ratione spiritualitatis, concl. 13. n. 2.
Item tale illud dicitur, quod est contra intentionem agentis, concl. 13. n. 3.
Et vt non inducatur omnis interpretatio est facienda, concl. 13. n. 4.
Quod quidē extende procedere, etiam si à proprietate verborum, & à regulis Iuris recederetur, concl. 13. n. 5. & concl. 42. n. 95.
Illudque est euitandum in colligenda mente testatoris, concl. 13. n. 6.
ABVNDARE in cautela nunquam nocet, neque actū vitiat, & cōcl. 14. n. 1. concl. 128. n. 508
Abundare in cautela dicitur Iudex, si in sententia filios infantes, vnà cum eorum patre condēnet, concl. 14. n. 1.
Abundare in cautela dicitur ille, qui in impositione census obligat vnam rem, & postea omnes alias, ex abundanti, concl. 14. n. 2.
Item, abundare in cautela dicitur, si in examine alicuius ad aliquod beneficium adhibeantur examinatores non idonei, vltra numerum à Consilio Tridentino præfixum, concl. 14. n. 3.
Abundās in cautela adhibēdo plures quàm septē testes testamentū vitiare non facit, si inter illos aliqui reperiantur, qui aliquo morbo laborant si tamen septem idonei reperiantur, concl. 14. num. 4.
Abundans in cautela, veluti apponendo viginti testes, in testamento, tamē in illius reuocatione septem sufficerent, concl. 14. n. 6.
Abundans quis in cautela, vt pote faciendo sub scribere testes in aliqua scriptura publica, non ob id tamen ille faciet eam effici priuatam, concl. 14. num. 7.
ACCEPTATIO beneficij nil aliud est, quàm quædam animi declaratio, vel gratiæ subexecutio, quæ per quemcumq; actum inducitur, conclus. 15. n. 1.
Et eo ipso, quòd est inducta, tunc statim inducitur gratiæ consumptio ibi n. 2.
Probatur tām per nouam prouisionem, quàm, etiam ex narratiua, quæ confitēti nocet, ibi n. 3.
Etiam si sit facta coram Amicis; nihilominus est sufficiens gratiam consumere, in tantum quòd expectans amplius variare non possit, ibi n. 4.
Potest fieri, etiam ex coniecturis, & adminiculis ita, vt ipsis concurrentibus consumatio gratiæ facta dicatur, ibi n. 5.
Item est quædam mentis, & voluntatis declaratio, quæ propterea tacita esse potest ibidem.
Sufficit, quòd fuerit facta ad motum, veluti se beneficio immiscendo, siue eiusdem possessioni inhærendo ibidem
Fieri potest coram Notario, & tunc ea vim prouisionis habet, nec propterea illa potest appellari minor prouisio altera, quæ fit per præsentationem literarum ibi n. 6.
Licet nulla, sed scienter facta gratiam consumere facit ibi n. 7.
Contrarium ibi n. 8.
Neque facit expirare gratiam, si Ius in beneficio acceptato acceptanti non competebat, quod procedit etiam, si in acceptatione protestatio adesset, vel non adesset, & tunc acceptanti non creditur, sed debet altero modo apparere, quòd Ius alteri competat ibidem.
Et acceptans beneficiū vigore expectatiuæ, quod non poterat acceptare gratiam consumit, si statim, quòd sciuit in in mora dimittendi remansit, ibi num. 9.
Acceptans beneficium, tunc tempori sub alio possessum, eo casu tenetur gratiatus probare illud sub gratia cadere, ibi num. 10.
Contrarium, ibi n. 11.
Concorda, ibi n. 12.
Acceptatio semper præsumitur valida, ita, vt ex hac præsumptione onus probandi contrariū transferatur in aduersarium, ibi n. 13.
Contrarium licēt dicatur ibidem, ex ea ratione quia non est conueniens, quòd possessor ex præsumptionibus à beneficio sit ejiciendus.
Acceptatio, nedum præsumitur in tempore facta, sed etiam ex causa magis vtili, bi n. 14. & 15.
Extēde procedere duobus mods, ibi n. 16. & 17.
Fallit tamen, ibi n. 18.
Sed regulariter obitus præsumitur præcessisse ad effectum excludendi gratiam secundi, concl. 15. num. 19.
Subextende, ibi n. 20.
Et illa in genere, & in specie simul, cum eisdem Notario, & testibus eadem die fieri potest, conclus. 15. n. 21.
Licēt tamen in Curia in genere, sed non in specie fieri soleat, ibi n. 22.
Acceptationes fieri solent in Curia in genere, etiā non expressis, nec Diœcesi, nec nominibus beneficiorum, sed ea postmodum, etiam post lapsum decem annorum deduci possunt ad speciē, immò Notarij dant etiam Instrumenta ad speciem, ibi n. 23.
Acceptare possunt præsentes in Curia beneficia vacantia extra dictam Curiam in genere, &

postea

Fallit

gatum ad testamentum, quod potest ab institutione separari, absque testamenti corruptione, concl.19. n.1.

Accessoria obligatio, quando sustineatur non subsistente principali. vide conclus. 86. num.27. cum pluribus seqq. & concl. 114. per tot, & in verbo fideiussio.

Accessoria principale non vestit, nec illi dat robur si illud de perse sit in efficax, conclus.167. sub num. 22.

Accessorium sequitur naturam sui principalis, ita vt vno extincto, aliud quoque cessare dicatur. conclus. 19, num.2.

Et eatenus extinguitur, quatenus est extinctum suum principale; vndè finita causa principali, censetur etiam finita causa incidens ad eam, siue sit finita causa per sententiam, siue per transactionem, concl.19. n.3.

Neque immutare potest naturam sui Principalis concl.19. n.4.

Extende, quòd illud cesset, si Principale extinguatur, ibidem n.5.

Debet sequi naturam sui Principalis, etiam si accessoriũ esset preciosius, & Principali dignius, vt est gemma ad aurum, & ornamentum vestis, concl.19. n.7.

Et si illud côcedatur, censetur etiam Principale concessum, à quo separari tamen non possit, concl.19. n.8.

Extende idē è conuersò procedere, vt ibidē, n.9.

Et nominatum censetur, quando fuit nominatum Principale, & ideò sorte principali nominata, censētur etiam nominatæ vsuræ, quæ sunt accessioriæ ad illam, concl.19. n.10.

Extinguitur, quando extinguitur Principale; Vndè extincto contractu, extinguitur etiã precarium in eo appositum, concl.19. n.11.

Fallit tamen, vt ibi n.18.

Accessoria tolluntur delicta, si Principale tollatur concl.19. n.13.

Et dispensatum censetur accessoriũ, quãdo Principale fuit dispensatum. concl.19. n.14.

Et tale dicuntur fructus ad sortem; Vndè conuētio facta de sorte habet etiam locum in fructibus, concl.19. n.15.

Non regulatur secundum naturam sui Principalis, quando sumus in materia odiosa, conclus. 19. num.16.

Item non regulatur à suo Principali, vbi diuersa ratio vigeret, concl.19. n.17.

Non tollitur, licèt Principale cesset; Vndè contractu iure præscriptionis, siue statuto sublato, non tollitur precarium, concl.19. n.18.

Neque finitur sublato Principali in materia, quæ diuidi potest, vt est in habitatione, conclus. 19. num.19.

Non sequitur naturam sui Principalis, quando in accessorio fuerit facta particularis prouisio, quia tunc dicta prouisio derogat illi, quæ ant virtute Iuris, vel verborum significatione videbatur inclusa, concl.19. n.20.

Item nō sequitur naturam sui Principalis, quãdo essemus in actibus, qui omnino suo Principali non cohærent, sed potius significat Iuris translationem de vno in aliud accessorium, concl. 19. num.21.

Neque etiam regulatur à suo Principali, quando vna vocatio in secunda dispositione contenta esset magis ampla, quia tunc ea non potest diei consecutiua ad primam, sed stat de perse, absque vlla dependentia, concl.19. n.22.

ACCESSVS, & regressus in causis beneficialibus dari solent, in quibus aliquando dubitari contingit, gratia potius contineat accessum, vel regressum, concl.20. n.1.

Et differt à regressu, quia accessus omninò depēdet à futuro euentu, nec ius aliquod de præterito habet; regressus verò ille propriè dicitur, qui habet causam de præterito, quia ille non est noui tituli acquisitio; sed continuatio antiqui, concl.20. n.2. & 5.

Accessus, & regressus ad hoc, vt dicatur iustificatus, debet doceri de lite saltem de facto, si non constaret, Papam voluisse eam fieri de Iure. concl.20. n.2.

Neque litem de facto, & de Iure diceretur existere, si ea fuisset inchoata per Procuratorem, mandatum Procuræ non habentem, ibidem num. 2

Et ad hoc, vt vni reseruetur, quid facere debeant cauti Procuratores, vide ibidem n.2.

Accessus dicitur noua acquisitio de futuro, non autem de præterito ius accipientè; Regressus autem dicitur tituli antiqui continuatio, concl. 20. num.3. & 5.

Accessum habere volens debet habilitationem habere de tempore, quo accedere velit, siue purificatæ conditionis, veluti, quia dictis temporibus non esset furiosus, vel alio modo incapax, concl.20. n.3.

Et esset ipso Iure nullus, si non fuisset facta mentio, quòd ille ad cuius fauorem reseruabitur morbo caduco laborabat, concl.20. n.4.

Accessus non est iudicandus; sed regressus, quando fit retractatio ad fauorem alicuius, quia stãte cessione facta ad illius fauorem, cum ipse haberet ius de præterito, obid dicēdus est regressus potius, quàm accessus, concl.20. n.7.

Accessum debet habere ille, si in literis fuerit apposita illa clausula; nempè, quòd talis ad beneficium accedat vigore præsentium; secus verò quando quis haberet titulum præcedentem, cum sola supplicatione, quia tunc regressus dicitur, concl.20. n.8.

Et in casu illius clausulæ, nempè quòd talis accedat ad beneficium, nōn esset necessaria prioris tituli iustificatio, quia Papa per huiusmodi accessum videtur nouum titulum concedere, cōclus.20. n.8.

Fallit tamen, si esset facta reseruatio ex cessione literis non expeditis, quia tunc intraret decretum Fel. record. Gregorij XIII. qui vult, quòd illo casu intelligatur reseruatus ingressus, & accessus, non autem regressus concl.20. n.9.

Extende, quòd regressus sustineatur ex causa cessionis factus, etiam quòd cedens bonum ius non

De-

Declara vt ibi num. 7.

Acclamationes factę de nocte inducunt præsumptionem furti, si incontinenti fuerint factę sequuto furo ab eodem, qui dicit rem sibi fuisse subtractam, concl. 22. n. 8.

Extende eò magis furtum probari, si cum acclamationibus aliç coniecturę concurrant; Quod tamen intellige verum, si bona fama conquęrentis quoque concurrat; aliàs bona fama cum acclamationibus solùm sufficeret ad inquirendum, concl. 22. n. 9.

ACCOLITATVS quando datur in honorē licèt conferri possit, quia non est ordo, tamen illius collatio erit nulla, si illegitimo conferatur, non facta dictę illegitimitatis mentione, concl. 23. n. 1. & n. 2 ratio assignatur.

Et non comprehenditur appellatione omnium Ordinum, etiam Sacrorum, si per modum priuilegij, exemptionis, ac honoris conferatur, conclus. 23. n. 3.

Extende, quòd dispensatus ad vnum, non censetur dispensatus ad alium, quia cum dispensationes sint stricti Iuris, nec propterea in consequentiam trahuntur, nec minus valet argumētum in hoc de maiori ad minus, concl. 23. n. 3.

Et ille, qui datur in priuilegium exemptionis, dignitatis, & honoris, vel prçheminentię est diuersus ab eo, qui alicui confertur sub nomine officij Accolitatus, nec per consequens cum eo incompatibilitatem inducit, concl. 23. n. 4.

ACCONCIVM dicitur quid de appendititijs dotis, & ideò de eo est iudicandum, tanquam de ipsa dote, concl. 24. n. 1.

Et licèt sit eius naturę cuius est ipsa ados; tamen in casu restitutionis dotis illud restituendum non venit, concl. 24. n. 2.

Quod tamen declara verum, vt ibi nu. 3. & ibi ratio datur.

Sed in dubio prior summa soluta verisimiliter pro acconcio, non autem ex causa dotis soluta præsumitur; & ideò ea in restitutione dotis restituenda non venit, concl. 24. n. 5.

Illud à bonis paraphernalibus valdè differt, & sic magis naturę dotis accedit, quàm faciant dicta bona paraphernalia, & ideò de illis non est iudicandum, veluti de dote, siue illius augmento, concl. 24. n. 6.

Et per virum restituendum vnà cum dote venit, & si illud fuerit datum æstimatum, tunc non bona, sed eorum prætium veniret restituendū, concl. 24. num. 12.

Secus autem, quando illius æstimatio non interuenisset, quia tunc bona, vti propria vxoris eodem modo, quo reperirentur, restituenda venirent, concl. 24. n. 13.

Extende, quòd non solùm restituendum venit à viro, sed etiam omnia alia bona, quæ dātur, ob causam matrimonij, quæ omnia dotis priuilegio gaudere dicuntur, concl. 24. n. 14.

ACCONSENTIRE dicuntur actui illi, qui fuerunt conuocati ad illum faciendum, si non contradicant, concl. 48. n. 65.

ACCRESCENDI ius dicitur quędā vulgaris substitutio, quę vēdicat sibi locū in hæreditatibus, ita vt altero adeunte portio non adeuntis sibi adeunti accrescat, etiam illi inuito, & ignorāti, cū hęreditas nō possit stare in suspenso, nec per consequēs testator possit pro parte testatus decedere, & pro parte non, concl. 25. n. 4.

Quod enim declara procedere, vt ibi n. 2.

Accrescēdi ius habet locū ad fauorē eius, qui esset in aliqua re particulari institutus, cui si nō detur hæres vniuersalis, in totū succedit, cōcl. 25. n. 3.

Extende quatuor modis, vt ibi n. 4. & seqq.

Extende ibi num. 8.

Falit tamen ibi n. 10.

Et mens testatoris contraria primò censetur, si veniens ab intestato esset filius; secundò si alienatio fuisset prohibita; tertiò, quando esset apposita clausula codicillaris, concl. 25. n. 10.

Et istud ius habet locum in feudo paterno; vel antiquo, concl. 25. n. 11.

At secus si feudum esset nouum; si tamen inuestitura non esset vni soli concessa, & postea in plures diuisa, sed si à principio plures essent inuestiti, tunc ius accrescendi inter plures locum non haberet; si tamen contrarium non fuisset expressum, concl. 25. n. 11.

Et ratio est, quia in Emphitheusi à pluribus recepta nunquam habet locum ius accrescendi, nisi ita fuerit conuentum, concl. 25. n. 11.

Et habet locum in feudo quando illud de per se esset iudiuiduum, siue per pactum in eo adiectum, vt scilicèt illud nullo modo non diuideretur, concl. 25. n. 12.

Item habet locum inter coniunctos re, & verbis vel heredibus institutis, quia tunc, si vnus nolit, aut nō possit suam partem capere, illa alijs coniunctis, vel cohęredibus accrescere debet, conclus. 25. n. 13.

Illud nō inducit coniunctio verbalis, vbi diuersę res sub vna eademq; oratione diuersis personis legantur, vt si eadem res ita legatur, vt eius partes possint verbis segregari, concl. 25. n. 14.

Istud regulariter solet operari verbalis coniunctio inter coniunctos substitutos, concl. 25. n. 15.

Quod procedit, nedum si illi essent vulgariter substituti; verùm etiam, si per fideicommissum, concl. 25. num. 16.

Item habet locum in fideicommisso, Vniuersali, ita vt, si duo fuerint ad fideicommissum vocati, vno eorum repudiante, alter ad illius portionem admittendus venit, concl. 25. n. 17.

Contrarium tenet practic. Papien. ibidem. n. 18.

Extēde primā opinionē procedere etiā in fideicōmissis, seu legatis particularibus, cōcl. 25. n. 19

Istud quoque habet locum in vsufructu pluribus relicto; Vndè si vnus decedat, post ipsum acceptatum, eius portio alijs legatarijs accrescit, non autem hæredibus, quia in illo vsufructu testator videtur magis eos, quàm hæredes dilexisse, conclus. 25. n. 20

Secus autem, vbi de contraria mente testatoris aliquo modo apparere posset, quia tunc portio potius hæredi, quàm legatario veniret accrescenda, ibidem n. 20.

Ac-

quod

Ex

Extende, quòd eorum transportatio non sit necessaria in sententia confirmata à Papa, per clausulam sublata facultate aliter iudicandi per quam audientia denegatur, concl. 31. num. 63.
Secus autem ubi essemus in illis actis quæ fuerũt verbaliter producta, sed in productione adesset illa clausula tenoris &c. quia tunc talis clausula vim veræ probationis habet, concl. 31. n. 64.
Et illorum transportatio, quando est facta ea integra præsumitur, & qui contrarium dicit illud probare tenetur, concl. 31. n. 65.
Item transportatio integra præsumitur, etiam si non fuissent transportata Instrumenta, ubi adesset stylus producendi Iura verbalia, absque eorum dimissione reali in actis, concl. 31. n. 66.
Et illa præsumuntur integra, quæ fuerunt tradita à Notario actuario, siue successore, at secus ab alio non actuario, neque successore in officio, quia tunc integra non præsumuntur, concl. 31. num. 67.
Et tunc actorum integra transportatio à Notario probatur, si ille alia iura in actis suis non extare attestetur, concl. 31. n. 68.
Extende idem procedere, etiam si solùm Notarius diceret, se fideliter extractionem actorum fecisse, concl. 31. n. 69.
Fallit tamen ibi n. 70.
Et illa non dicuntur non integrè transportata ex illis verbis Notarij (scilicet omissis alijs &c.) quia illa verba de stylo Notarij apponi solent, ad subintelligendas clausulas ordinarias, conclus. 31. n. 71.
Transportatio in dubio integra præsumitur, quãdo præcipuè ambæ partes fecerunt instantiam pro sententia, concl. 31. n. 72.
Actorum productio, quando dicatur realis, siue verbalis, vide ibidem concl. 31. n. 74. & seqq.
Et illorum transportatio fieri debet per appellantes in prima instantia; quod tamen secus esset, quando in secunda instantia esset lata sententia reuocatoria primę, quia tunc ad illos dicta transportatio non spectaret, conclus. 31. num. 86.
Contrarium ibi n. 88.
Actorum non integra transportatio, quando nullitatem inducit, tunc ea nunquam parte opponente sanatur, nec minus à Signatura sanari solet, concl. 31. n. 89.
Declara, quòd dicta non integra transportatio omnino nullitatem non causat, sed solùm exercitium Iurisdictionis impeditur; quando tamen non deficiat dictæ Iurisdictionis fundamentum in commissione radicatum. concl. 31. num. 90.
Et tunc executio mandati, vel alterius actus nõ fit, donec transportatis actis de illius iustitia, siue iniustitia cognoscatur ibidem.
Et expensę transportationis actorum à quo sint soluendę, vide ibi n. 91.
ACTA faciunt rem notoriam, concl. 32. nu. 1. & concl. 148. sub n. 226.
Extende id in tantum procedere, vt propterea ignorantia probabilis non detur, circa ea, quæ apud acta reperiuntur, concl. 32. num. 2.
Subextende eò magis procedere, quando contra dicta acta protestatum fuisset, concl. 32. n. 3.
Faciunt ius, quoad omnes, quando non solùm ex illis actis de illo iure appareret, sed etiam ex alijs probationibus in eisdem actis existentibus; aliàs secus, concl. 32. n. 4.
Adeò fauorabilia dicuntur, vt propterea semper pro eis sit iudicandum in dubio, concl. 32. n. 5.
Sed deperdita præsumuntur ablata ab eo, cuius interesat ea non reperiri, concl. 52. n. 52.
Acta deperdita dicuntur, quando apparet de diligentia facta pro illis reperiẽdis, concl. 52. n. 53.
Facta ad præparationem Iudicij contra vnum nocẽt tertio, ita vt agi possit contra ipsum, sed non, vt ex illis condemnetur tertius, concl. 32. num. 6.
Actorum productio facta per vnam partem in partibus tantum fauorabilibus, quando etiam alteri parti prosit, vide concl. 129. n. 434.
Tertio non nocent, si ille non fuerit citatus, conclus. 32. n. 7.
Faciunt rem notoriam, dummodo ea sint publica, & talia dicuntur, quando mandatum Iudicis pręcessit, seruatis seruandis; aliàs diceretur, non in actis, sed extra mundum extare, concl. 32. num. 8.
Acta Iudicij corumpens pœna falsi punitur, conclus. 121. n. 2.
Declara tamen, vt ibidem.
ACTIO est ius prosequendi in iudicio, quòd nobis debetur, concl. 33. n. 1.
Actiones ex communi opinione sunt de iure ciuili concl. 33. n. 2.
Et dicuntur ciuiles, quando oriuntur ex cõtractu iuris ciuilis, sed quę nascuntur ex contractu iuris gentium, quoad materiam sunt iuris gentium, quouero ad formam sunt iuris ciuilis, concl. 33. n. 3.
Actiones, aut sunt Natiuæ, vel Datiuæ; Natiuę dicuntur illę, quę habent sufficientem, & idoneã pręxistentem materiam, ex qua nascuntur; Datiuę verò propter æquitatem dantur, concl. 33. num. 4.
Earum sex alię diffinitiones dantur, vt ibi n. 5.
Item vel sunt directę, vel vtiles; directæ dantur ex verbis legis; vtiles verò ex mente ipsius, concl. 33. n. 6.
Et ex istis aliæ sunt particulares, aliæ vniuersales, & alię Generales; Particularis dicitur rei vendicatio; vniuersalis hæreditatis petitio, quæ datur ad ius vniuersale hæreditatis, quæ est vniuersalis successio in omne ius defuncti; Generalis autem dicitur actio negotiorum gestorum, siue tutelę, quæ datur ad plura, concl. 33. num. 7.
Personales à realibus differunt origine, natura, processu, & effectu, origine, quia personalis actio oritur ex obligatione, obligatio ex contractu, vel quasi, delicto, vel quasi, licet illæ quę oriuntur ex delicto, morte extinguantur, concl. 33. n. 8. & 9.
Fallit tamen, quando lis fuisset contestata cum defuncto, quia tunc actiones ex delicto nascentes

AC-

quia

# Index Conclusionum,



Secus

Secus autem si iniuria esset alicui illata coram persona in dignitate constituta, quia tunc ea nō diceretur atrox, veluti ea dicitur, quæ corā persona iurisditionē habēte infertur, cōcl. 40. n. 30.

Datur socio pro iniuria, alteri consocio illata in itinere, conclus. 40. n. 31.

Datur Patri pro filio, marito pro vxore, fratri pro fratre, consanguineo pro altero, pro interesse affectionis, sed non pro eo pecuniarum, concl. 40. n. 32.

Sed non potest intentari per coniunctum pro emendatione honoris alterius coniuncti defuncti, si non sit hæres iniuriati, concl. 40. n. 33.

Extende, vt ibi n. 34.

Item non datur, nisi dolus, & animus iniuriandi adsit concl. 40. n. 33.

Et quomodo animus dignoscatur, si sit bonus, siue malus, declaratur ibidem n. 35. cum seqq.

Non datur contra eum, qui verbum iniuriosum in Iudicio protulerit, cum aliqua causa, quod idem quoq; procedit in ea, quæ extra Iudiciū fuerit illata, quæ non excusatur absque causa, concl. 40. n. 38.

Et tunc quęlibet causa etiā iniusta sufficit ad excusandum animum iniuriandi ibidem.

Anno pręscribitur, licèt secus in ea actione iniuriarum descendente ex lege Cornelia, quę anno tolli non potest, quod procedit, tàm in iniuria picta, vel scripta, quę anno non pręscribitur, sed ad instar realium potest intentari post annum, concl. 40. n. 39. & vide concl. 59. n. 76.

Et annus debet esse vtilis, & ideò ignoranti non currit, concl. 40. & vide concl. 116. n. 20.

Et per interuallum temporis remissa censetur, licèt secus, veluti si essemus in reuocatione iniuriarum, ob quam actio illa extincta non censetur, concl. 40. n. 41.

Et actio ciuilis in hac materia iniuriarum actionem criminalem extinguit, concl. 40. n. 42.

Et licèt non cesset, quando iniurians ante litem pœnituit, tamen ille pœna mitiori puniendus venit, neque etiam, tunc iniuriatus potest ita acriter iniuriam, sibi ab eo illatam, vindicare, concl. 40. n. 53.

Non potest intentari, nisi quis speciale mandatum habeat, concl. 40. n. 54.

Et ad hoc, vt intentetur, est necessaria specificatio ad hoc, vt pars certificari, & testes distinctè deponere valeant, concl. 40. n. 55.

Extende idem debere procedere in ea actione iniuriarum, ciuiliter intentata, licèt non tanta specificatio sit isto casu necessaria, quanta in obiectiuis, vti magis odiosis, concl. 40. n. 26.

Et ad hoc, vt cōmissio causę iniuriarum cēseatur criminaliter cōcessa, opus est mentionē fieri expręsse in Signatura de iniurijs, & tūc facta dicta specificatione reus potest recōuenire actorem coram eodem Iudice, super iniurijs impetrato, concl. 40. n. 56.

Secus autē si cōtigeret iniuriā alicui clerico inferri, quia tūc erit locus pręuētioni, cōcl 40. n. 57.

Et hæc actio dicitur infamatoria, propterea etiam (ciuiliter loquēdo) annali præscriptione tollitur, conclus. 40. num. 58.

Secùs autem in incipiēdo, quo casu actio temporalis sit perpetua, concl. 59. n. 78.

Et in hac actione iniuriarū ciuilitèr intētata, quomodo articuli sint proponendi vide ibid. n. 58.

Actio l. liber homo ff. ad l. Aquil. nullam recipit æstimationem, cum homo res inæstimabilis dicatur, concl. 60. n. 20.

Actio l. Aquilię solùm datur pro damno de pręterito ibi n. 23.

Actio mandati, quando æquipararetur illi funeratię, & Inuentarij, vide concl. 60. n. 31.

ACTIO negotiorum gestorū dicitur in personā, non autem in rem, & propterea, quādò quis pro alio soluit, & sic pro eo negotiū vtile gerit, potest hac actione sibi consulere, concl. 41. n. 1.

Actio ista non datur, quando vtilitas cessaret, conclus. 41. n. 2.

Et se cōpatitur cum actione mādati, cōcl. 41. n. 3.

Acquiritur ei, pro quo, quis emit, secuta tamen illius ratificatione, concl. 41. n. 4.

Item acquiritur ei, qui soluit debitum pro alio, etiam illo inuito, concl. 41. n. 10.

Secus autem, quādo negotiorū gestor sine mandato, vel officij necessitate alterius defensionē assumpsit, sed succubuit, quia tunc ipse expēsas quas fecit Ille talis non repetit, concl. 41. n. 11.

Et huiusmodi actione tenetur ille, qui pecuniam alteri debitā, vel creditum alienum verum, vel putatiuum exegit, secuta tamen ratihabitione illius, cuius nomine fuit facta executio, conclus. 41. n. 12.

Actio negotiorū gestorū hæreditatis iacētis adeò est priuilegiata, vt omnibus creditoribus, sit pręferenda, pro consecutione mercedis, conclus. 41. n. 16.

ACTIO personalis ex testamēto datur pro legitima; Vndè si vis scire ad saturitatem de eius materia, recurras in verbo legitima, & in conclus. 42. per totam, vbi infinita notanda inuenies in hac materia.

Actio quęlibet Christi debet esse nostra instructio, concl. 42. n. 196.

Actio quāti minoris, quādo possit exerceri, & quæ in ea veniant, vide in concl. 43. n. 18. cum seqq. & concl. 70. n. 14. cum seqq.

ACTIO quanti plurimi, vt detur, ob morā commissam in obligatione, debet esse specificatus dies, & locus solutionis, & debitum debet esse liquidum, concl. 70. n. 1.

Et non datur, si penuria insolita superueniret. concl. 70. n. 2

Et tali casu quid sit probandum ab Actore, & quid à reo vide ibidem.

Item ea non datur, si debitor fuit interpellatus ad solutionem de tempore, quo ducebat vxorē vel infra nouem diem luctus sui defuncti, aut dum missam audiebat, concl. 70. n. 3. & 4.

Et semper datur aduersus furē, concl. 70. n. 6. & 7

Non datur in cōtractu vsurario, quia debitor nō cogitur adimplere pro parte sua, concl. 70. n. 8.

Sed an, & quando ea detur vltra triennium, vide concl. 70. n. 9. cum seqq.

&

# Index Conclusionum,

Factus

Actus

# Index Conclusionum,

Et

Et si est dubia, quando possit declarari per filium siue hæredem; vide ibi sub n.9.
Item inducitur per constitutionem Procuratoris ad adeundam hæreditatem, concl.51.n.49.
Extende idem parimodo procedere in reuocatione illius Procuratoris à defuncto facti, per quam hæreditas adiri præsumitur, ibi n.50.
Sed illa non potest per Procuratorem explicari, cum hæres debeat esse certus, ex quo Iure illi deferatur hæreditas, scilicet an sibi tamquam agnato, vel Cognato, seu potius ex testamento, vel ab intestato, ibi n.51.
Extende, quòd neque etiam per Procuratorem speciale mandatum habentem, ibi n.52.
Subextende, quòd neq; per Procuratorem explicari possit, sed per ipsummet hæredem, ibi n.52.
Contrarium, & sic quòd sola tutrix possit hæreditatem adire pro pupillo, ibi n.53.
Concorda, vt prima opinio procedat, quando per hæredem posset iste actus aditionis explicari. Secunda verò, quando secus; veluti, quia esset inhabilis ad hunc actum explicandi, siue esset absens, ibi n.53.
Item fit ex sola actione mota super hæreditate, ibi n.54.
Fallit duobus modis ibi n.55. & 56.
Contrarium, ibi n.57.
Illa inducitur etiam ex verbis enunciatiuis, quod tamen declara verum, quando verba enunciatiua essent prolata ab eo, cui est delata hæreditas; at secus si à tertio, etiam, quòd esset legitimus administrator; Item illud non procederet, quando ille, qui enunciatur hæres poterat succedere ab intestato, ibi num. 59. & seqq.
Item inducitur ex solutione legatorum, ibi num. 62.
Et per eum fit, qui alium hæredem in illa hæreditate sibi delata instituit. ibi n.61.
Illa hæreditatis lucrosæ, veluti facilè præsumitur ita, è conuersò repudiatio illius damnosæ facilè censetur, ibi n.63.
Et tàm ex actibus iudicialibus, quàm extraiudicialibus probatur, ibi n.64.
Item probatur, non solùm ex actibus, qui eam necessariò inducunt, sed etiam ex illis, qui verisimiliter, & præsumptiuè eam inducunt, ibi num. 65.
Et quandocumque, & indubitantèr inducitur ex illis actibus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non possunt, ibi n.66.
Fallit tamen, vt ibi n.67.
Vndè ea inducitur ex illis actibus, qui citra nomen hæredis fieri non possunt, veluti si quis locaret prædia hæreditaria, vel ea daret in solutum creditoribus hæreditarijs, & similia faceret; secus verò, vbi actus essent indifferentes, idest illi, qui possunt esse hæreditarij, vel non, vt quando, quis inhabitaret domum communem, quam ille prius inhabitare solebat, sepelire defunctum, vel alios actus similes facerer, ibi num. 68.
Sed ea necessariò non infertur, quando ex alio titulo, quis eum actum facere posset, concl.5 num. 66.
Aditio fieri potest expræsè, aut ex coniecturis, & præsumptionibus, ibi nu.70.
Non inducitur tamen ex eo, quòd frater possideret rem per prius communem, cum alio fratre, nisi tamen dicta hæreditate fratris, vtatur, vti Dominus totius, ibi n.71.
Item non censetur inducta per filios, qui possiderent domum paternam pro dotibus maternis, cuius enim retentio tali casu est illis licita, absque quod aditio per eosdem inducta dicatur, ibi n.72.
Veluti etiam non censetur inducta, si quis solueret suum debitum primipilare, idest militaris annonæ, ad quod enim ille tenetur, etiam si nõ sit hæres, & sic igitur, cum tali casu iste actus dicatur citra nomẽ hæredis factus; idcircò illi, quoad aditionem non nocet, ibi nu.73.
Et non inducitur ex oblatione per filios facta soluendi creditoribus de bonis hæreditarijs, ibi num.74.
Contrarium, ibi n.75.
Prima opinio magis placet authori, ibi sub n.76 vbi rationes assignantur.
Non inducitur ex possessione, quæ ad alium titulum referri potest, ibi n.77.
Item non inducitur, ex possessione bonorum, ex quibus vsusfructus possidenti competat, ibi num.78.
Et illa ex longo temporis cursu non præsumitur, sed benè illius substantia præsupposita, illam solemniter factam fuisse est credendum, conclus. 120.n.146.
Sed aditio non præsumitur de ea hæreditate, in qua nil reperiatur, & sic pœnitus damnosa, & solùm debitis implicita reperitur, concl.51. num.79.
Item excluditur, ex eo quòd, quis in Iudicio nomine aliorum, vti hæredum eiusdem hæreditatis simpliciter compareret, absquè aliqua præseruatione, ibi n.80.
Aditio, veluti inducitur ex actibus, qui non potuerunt fieri citra nomen, & ius hæredis, ita ea excluditur ex illis, qui alio Iure quàm hæreditario fieri potuerunt, concl.51. num. 82.
Sed non inducitur ex actibus dubijs, & æquiuocis; sed immò potius de animo adeuntis debet liquidò constare, ibi n.81.
Non inducitur ab eo, qui non habuit animum adeundi, quia actus non operatur vltra intentionem agentis, ibi n.83.
Item non inducitur ex actu de sui natura hæreditatis aditionem inductiuo, quoties protestatio præcederet, quòd scilicet ille adire non intendebat, conclus.51. nu. 84.
Sed quando contrarium in hoc contingere posset, vide ibi nu. 85.
Non inducitur, quando quis per errorem adiuit ibi num.86.
Declara procedere, siue error in quota consistat, siue in corporibus, ibi n.88.

E Et

Fallit

Fallit tamẽ in illis casibus, de quibus, ibi sub n.12
Et quomodo æstimatores sint eligendi, & quid facere debeant in eorum relatione, ibi n.11.
Et ea non sit nulla, etiam si non fuerit facta pro concurrenti quantitate, quando de magno excessu non constaret inter pretium iustum, & illud, pro quo fuit facta subhastatio, ibi n.12.
Declara tamen, vt ibi sub n.13. & seqq.
Sed, vt legitimè fiat debet prius fieri citatio ad reluẽdum pignus, pro quo datur tempus duorum dierum, & ad soluendum debitum; aliàs ad alegandum causam, quare illud vendi non debeat, vel creditori dari in solutum, aut adiudicari non possit, quod si non adimpletur per debitorem, fit decretum, nisi infra mensem, ad deliberandum pignus, ibi n.16. & num. 23.
Fallit tamen, veluti si essemus in exactione publicarum functionum, quæ cum incontinenti debitorem, absque vlla interpellatione in mora constituant, idcircò in eorum subhastatione non est necessaria citatio, ibi n.23.
Adiudicatio, vel subhastatio, siue deliberatio quãdo est nulla respectu nõ citati fit quoq; nulla respectu alterius citati, & id ratione indiuiduitatis concl.52.n.18.
Fallit si sententia, & mandatum exequi posset, super portione citati, absquè eo, quòd præiudicetur portioni alterius non citati, siue etiam quando interesse non esset connexum, quia tunc defectus citationis, quoad vnum nõ noceret, quoad alterum legitimè citatum, ibi n.18.
Et ea nunquam fit creditori, nisi in subsidium, & sic nisi, quando oblator, siue licitator extraneus nõ reperitur, quia tunc illi fit in subsidium pro iusto prætio, & non in solutum, concl.52. n.26. & seqq.
Et quando fit creditori quomodo differat à venditione, quæ fit à Iudice plus offerenti, vide ibi n.28.
Quando fit alicuius rei, quæ sit minoris valoris quàm debitum, tunc non est necessaria subhastatio, veluti etiam, quando erat notorium de valore rei, & quòd de illo appareat, immò licèt, tunc subhastatio esset nulla; nihilominus posset impetrari commissio, in qua si fuisset probatum quòd tẽpore adiudicationis pretium in nihilo excedebat rei valorẽ, & sic læsio excluderetur, tunc ea adiudicatio valeret, concl.52.n.30.
Et ea, quæ dicitur nulla ex defectu consensus, ex eo, quia fuerit facta per verba tempus præsens non importantia, quomodo conualidari possit, vide concl.52.n.31. & seqq.
Regulatur eodem modo, quo fit venditio, ac vim illius habet, concl.52.n.31. & 34.
Et sic in ea illius requisita interuenire debent, ibidem.
Et non dicitur perfecta, nisi de illius effectuatione secuta doceatur, quia non sufficit Iudicis decretum mandantis bona creditori adiudicari, concl.52. n. 38.
Adiudicatæ rei fructus, appellatione pendente, ad quem spectent. vide concl.52. num.34. & conclus.157. n.18. cum seqq.

Adiudicatio requirit ordinem necessariò, aliàs illius præposteratio actum adiudicationis vitiat, concl.52. n.35.
Sed ad hoc, vt legitimè fiat debitoris citatio potissimum est necessaria, in danda facultate vendendi pignora; secus autẽ postea in eorum expositione, & venditione. concl.52.n.36.cũ seq.
Adiudicationis tempus est arbitrarium Iudici, excepto casu distractionis bonorum Ecclesię, minoris, & fisci, quia tunc terminus vnius mensis tolli non potest; at secus in alijs casibus, nisi tamen aliud de consuetudine loci seruaretur, quia circa solemnitates in subhastationibus, & deliberationibus adhibendas, mos regionis est attendendus, concl.52.n.37.& 59.
Et ex cursu triginta annorum præsumitur facta eo modo, quo de Iure fieri debebat, & sic omnes solemnitates interuenisse censentur; nempè æstimatio, citatio, adiudicatio, & similia, etiam si non fuerint enunciata, concl.52. n.38.
Sed ea, contra pupillum indifensum est nulla, & talis dicitur, si ei curator non deputetur, vel si consanguinei non fuerint citati, ibi n. 40.
Et quando est consumata, nil aliud à Iudice agendum restat, sed ea non dicitur consumata ante intimationem decreti adiudicationis, de ordine Iudicis faciendam, nec non illius reproductionem, concl.52.n.39.
Sed quando detegitur nulla est facienda secũda, veluti dicitur de executione, quæ si semel non fit bona, ita, vt creditori consultum non remaneat, est iterum facienda, concl.52.n.41.
Si fuerit per partem obtenta in solutum, & dicta pars haberet anteriorem hippothecam super aliquibus bonis, de quibus ille esset quoq; hęres, tunc nõ diceretur rei adiudicationẽ eum, vti hæredem habere, sed tamquam creditorem illam possidere diceretur, ibi n. 42.
Adiudicatio plurium rerum fieri non debet, si vna tantũ pro credito sufficere possit, cõcl.52.n.43.
Extende ibi n. 44.
Et si fiat adiudicatio alicuis rei per sententiam, tunc ex spatio longi temporis rectè facta pręsumitur, & sic omnia interuenisse, quę ad perfectam subhastationem, siue adiudicationem concurrere debent, concl.52.n.45.
Non valet, de qua processus non constat, nec minus si requisita in ea necessaria interuenisse non appareret, concl. 52. nu. 46. & 47. & ibi ratio assignatur.
Fallit tamen primò, quando adiudicatio deducitur, non per viam actionis, ad petendam illius executionem, sed per viam exceptionis, quia eo casu sententię sine processu probant, ibi n.48
Fallit secundo, si antiquitas temporis concurrat, quia tunc solemnitates pro sustinenda sententia interuenisse pręsumitur, si tamen illę fuerint saltem ingenere enunciatæ, ibi n. 49.
Extẽde, quòd etiam absquè enunciatione solemnitates interuenisse pręsumeretur, quando tempus triginta annorum fuisset lapsum, ibi n. 50.
Sed ea pręsumitur legitimè facta, quando acta fuissent deperdita, quia tunc pro illis est præ-

Ec-

Ad-

Ex-

Aduo-

Clientem adiuuare, quod est contra naturam Secreti, ibi in dicto nu.78.

Et defendens causam minus iustam contra reum, & causa sit, vel mortis, vel sanguinis, seu famæ, vel bonorum, in quorum possessione Aduersarius existat, id esset ingens scelus, & peccatum, quia ille operatur Aduersarium iniustè vita, honore, seu fama, vel sua bonorum possessione priuari, conclus. 60. numer. 79.

Secus verò, quando defenderet in eisdem terminis minus iustam causam, sed rei contra actorem, quia tunc peccatum non esset; nam pium est reum (si tamen ille non sit perniciosus) à morte defendere, etiam cum minori iustitia, veluti dicitur etiam in alijs causis minoris momenti, in quibus Aduocatus defendendo reum non peccat, licèt Nauarr. dicat probabilius esse illum in dictis causis modici momenti peccatum committere, vt ibi sub eodem nu.79.

Et quando defendit causam minus iustam, ad restitutionem damni tenetur, & si loquamur in foro exteriori, etiam ex leuissima sua culpa ad illud tenetur, si verò loquamur in eo interiori, tunc Aduocatus ex leui, & leuissima non tenetur, sed solum ex dolo, & lata culpa, quæ ipsi dolo æquiparatur, ibi nu.80.

Et ratio est, quia officium Aduocati est in gratiam, & bonum non sui, sed alterius, & ideò iuxta leges non tenetur, nisi de lata culpa ibidem.

Et in agitandis causis debet esse strenuus, quia plerumque Ius palmarij in multiloquio consistit, licèt etiam sępè illud prudentissimos stomacari soleat, ibi nu.81.

Quod tamen declara esse verum apud debiles Iudices, sed non apud illos, qui intrepidi sunt, ibidem.

Et imperitus facit litem suam, cum turpissimum sit ignorare ius, in quo quis quotidie versatur, ibi nu.82.

Immò tenetur parti lęsę ad omnia damna, & interesse, ibi nu.83.

Extende, quòd etiam peccat, ibi n.85.

Item offerens se auxiliatorē parti causam minus iustam fouenti, ad interesse tenetur, concl. 60. num. 83.

Et ex zelo suæ conscientię semper in causis dubijs concordiam tractare debet, conclus. 60. num. 86.

Non potest pacisci de salario, seu de quota litis; secus verò si fiat pactum de aliqua re, de qua lis non extet, ibi nu.87.

Extende primo, vt ibidem.

Extende secundo, vt ibidem.

Et pœna pacti super quota litis, vel alia re particulari, est priuatio patrocinij, nec talis pœna pecuniaria grauari debet, vt cumulatio pœnarum tollatur, & præsertim, quando pœna ordinaria, cum extraordinaria, quæ insimul non concurrunt, ad vindictam tenderent, & ob id satis est, vt illa tantùm priuationis officij patrocinij puniatur, ibi num. 88.

Contrarium tamen erit in conscientia, vt ibi num. 89.

Extende tertio, vt ibi nu.91.

Neque potest in medio litis de salario conuenire, sed solum ante, vel post finitā litem, ibi n.90.

Contrarium ibi nu.90.

Et quomodo illud petatur, vide ibi dicto nu.90. in fine.

Sed ad euitandum pactum quotæ litis debet conuenire certam summam, sibi dandam à Clientulo pro sumptibus, & expensis fiendis in lite, quia tunc, nedum illud ei legitimè debebitur, si causa per sententiam finietur, immò etiam si per concordiam, & amicabilem compromissionem, & hæc est optima cautela ad illud pactum euitandum, concl.60 nu.91.

Item se abstinere debet à promissione Victoriæ tamquàm abigne, quia dubius est litis euentus, ibi nu.92.

Sed si certò sciat defendere iustam causam, tunc ei licebit (vt victoriam reportet suus clientulus) aduersarium decipere; secus autem si tractu temporis eam iniustam esse apparebit, quia tunc illam dimittere tenetur, conclus.60. num.90.

Et quando gerit officium quoque Procuratoris, an duplex salarium consequi valeat, vide in conclus.60. nu.93.

Quādo cogi possit ad præstandum patrocinium, vide in concl.60. nu.95. & seqq.

Si aliquem defendere recuset, & Iudici, ita iubenti non obediat, tunc ille eidem patrocinium interdicere poterit, concl.60. nu.97.

Extende quòd si forsam contreuenerit, tunc de Matricula delebitur, ibidem.

Peccat si scienter à paupere pecuniam receperit, nam illi gratis patrocinari tenetur, & ratio est (iuxta dictum Diui Gregorij) quia ille saluari non potest, qui abscondit talentum Domini sui, concl. 60. nu.98.

Extende, quòd immò Aduocatus id negans punitur, si aliquam iustam excusationem non habeat, ibidem.

Extende idem pari modo procedere, quando Reipublicæ, Patriæ, & similibus patrocinium præstare negabit: ibidem in fine.

Et tunc Aduocatus mandato Iudicis contrauenire dicitur, tàm si consulat in scriptis, quàm etiam in Camera, & in voce, quando tamen idem effectus in scriptis, quàm in voce resultaret, & id eò magis procederet, si in prohibitione fuisset dictum directè, vel indirectè, siue publicè, vel priuatim, ibidem

Fallit tamen, quando idem effectus non resultaret, quia regulariter prohibitus Aduocare, non censetur prohibitus in Camera consulere ibi nu.110.

Aduocationis munus, quando Cardinales exercere valeāt, vide in Verbo Cardinales, in conclus.60.n.100. & sub n.101. vbi assignatur ratio.

Et

Extende quarto, quando consuetudinibus, siue statutis contrarium fuisset determinatum, quibus, siue simus in publicis, siue in priuatis ædificijs semper standum erit, ibi n. 104.

Aedificare aliud est, aliud facere ædificare, nam ædificare fit propria pecunia, & facere ædificare fit aliena pecunia, ibi n. 126.

Aedificium existens in vno Casali, aut Podere non venit æstimandum in illius Poderis, siue Casalis venditione, nisi aliter fuerit conuentum inter partes, ibi n. 97.

Furnum ędificare non licèt vicino iuxta domum vicini, concl. 62. n. 105.

Contrarium, & sic, quòd liceat vicino fundum construere in suo solo, etiam quòd alteri noceret, ibi nu. 106.

Declara tamen hanc secundam opinionem esse veram; dummodo id à vicino animo nocendi non fiat, quod enim in dubio non præsumitur, ibi nu. 106.

Fallit tamen, quãdo ius prohibendi à facto Principis fuisset quæsitum, ibidem.

Concorda tu tamen prædictas opiniones, vt ibi nu. 107.

Item non licet facere alicui priuato Aedificium in eius domo, siue aliud exercitium, per quod alteri vicino malus odor, ac foetor resultet, ibi num. 110.

Extende, quòd vicinus ędificare non potest, si per illud ædificium sol, aer, & ventus occuparetur alteri vicino, quia sol, aer, & ventus debent esse communes, ibi n. 113.

Sed si quis poterit ędificare ex aliquo priuilegio contra alios priuilegiatos, tunc recentius priuilegium, & clausulis validioribus, & magis prægnantibus munitum præualere debet, ibi num. 114.

Aedificare quis non potest in fundo alieno, in quo nullum ius habet in præiudicium iuris alteri concessi, ibi n. 115.

Extende id in tantùm esse verum, vt propterea Dominus fundi possit propria auctoritate ædificatum destruere; Et ratio est, quia ædificium illicitè constructum venit demoliendum, cum pro non ædificio habeatur, ibi n. 116.

Et tunc illud factum illicitè dicitur, quando per constitutiones illud destrui mandatur, ibi num. 116.

Subextende eò magis procedere in socio sciente ædificium, sed contradicente, veluti etiam dicitur de absente, & ignorante, quia isti in huiusmodi casibus habent actionem ad demoliendum id, quod fuit ædificatum, licèt secùs si socius sciuerit, & tacuerit, quia tunc ad demoliendum non agit, sed solum ad interesse, vel ad cautionẽ damni infecti; sed si forsam cõsentiret, sibi in totum præiudicaret, ita vt nequè tunc ad interesse, nequè ad demolitionem agere posset, ibi n. 117.

Remedium autem, quod datur socio ad destruendum illud opus ab altero factum, erit interdictum; Quod vi, aut clam, & non illud communi diuidundo, ibi n. 117.

Contrarium, vt ibi n. 118. & ibi ratio assignatur.

Aedificans, siue plantans in solo alieno donare non censetur, sed ad sui vtilitatem, & commodum id facere videtur, concl. 135. n. 18.

Aedificium licèt ad solum pertinere, & ei cedere dicatur, secus tamen esset, quando contingeret illud dissolui, quia tunc posset Dominus cœmenta sua, quibus ædificium erat constructum, repetere; Immò etiam impensam, quam fecit retrahere; dummodo tamen ædificans in alieno solo bona fide se gesserit; at secùs si mala, quia tunc ædificium, & impensę solo cedetent, concl. 62. n. 119. & concl. 136. n. 17.

Extende idem procedere in ædificante in re aliena scienter, quia melioramenta perdit; quẽadmodum dicitur etiam de ædificante in bonis fideicommissio subiectis, per ipsum emptis, quia tunc id animo donandi fecisse præsumitur ibi nu. 120.

Fallit tamen, si quis fecisset melioramenta eo tempore quo aliquod ius ædificans habe-ret in re meliorata, & sic quando alia ratio excogitari possit, quàm ea donationis, licèt ea præsumptio donandi sit talis, quæ recipere potest interpretationem in contrarium, cum sit Iuris tantùm, & non Iuris, & de Iure, ibi nu. 120.

Et scientia ad hoc, vt noceat in ædificante non sufficit eam interuenisse, iam facto ædificio, sed ea interuenire debet, quando ædificium construitur, ibi n. 121.

Declara præterea eam regulam non habere locum; nempè, quòd ædificium solo cedat, quãdo coniecturę, & probationes in contrarium apparerent, ibi n. 122.

Ædificia deuastare, & arbores succidere paria sunt, concl. 136. nu. 21.

Aedificium constructum in feudo, & Emphiteusi potest per Vasallum, & Emphiteutam tolli quandocumque, & ratio est, quia ædificia constructa, vel reparata in feudo, & Emphiteusi cedunt commodo, & vtilitati Vasalli, & Emphiteutæ, non autem Domino, conclus. 62. nu. 123.

Declara tamen illud procedere, dummodo Vasallus legem feudi non offendat, idest dummodo prius Dominum interpellet ad sibi æstimationem soluendam; Et ratio est, quia cum Dominus mediante solutione possit melioramenta pro se retinere, ob id non potest Emphiteuta illum huiusmodi facultate priuare, quæ sibi à legibus fuit concessa, ibi num. 124

Extende huiusmodi declarationem procedere, etiam si Vasallo liceret melioramenta finito feudo tollere, veluti de Iure ei facere permittitur ibidem.

Et ædificium, tunc præsumitur à Vasallo, & Emphiteuta constructum, quando constat fuisse à principio concessum nudum solum; Item ad cognoscendum, quando fuerit factum de recenti, ex inspectione probatur, ibi nu. 125.

Fallit

Aequa-

Sed

Et

Et

Ex-

Et

quia tunc tacendo confirmatur, concl. 86. nu. 247. & concl.87. n.3.
Fallit tamen, vt dixi in Verbo Minor, & dicta concl. 86. num. 248. cum seqq. & conclus.87. num. 4. cum seqq.
Illa verò rei Ecclesiæ, nec etiam per Episcopum, absquè consensu Superioris fieri potest, conclus.133. n.147.
Bonorum Monasterij sustinetur, quando Prior loco Abbatis interuenit, concl.87. nu.7.
Et in dubio in tali alienatione per Monasterium facta, præsumūtur omnes Monachi connocati, nisi de contrario constet, conclus. 87. num. 8.
Item ea facta per Monachos absente Abbate sustinetur, si fiat cum auctoritate Episcopi, & multò magis, si cum illa Papæ, conclus. 87. num. 9.
Alienatio bonorum facta ab aliquo, tamquam Tutore, vel Curatore sustinetur, si de Tutela, vel cura appareat; aliàs secùs, quamuis etiam Decretum, & cursus temporis interuenisset, ibi num. 12.
Item sustinetur, si erit pupillo vtilis, & de vtilitate fuerit cum iuramento Tutoris iudicialiter assecuratum, ibi n.13.
Et facta per debitorem, ante contractum debitum sustinetur, nec possunt bona alienata per creditorem reuocari, nisi fraus, & malitia subsit, concl.87. n.14.
Alienatio, siue solutio facta ab hærede, ad fauorem secundi creditoris, sustinetur, si bona fide, & non dolo malo fuerit facta; neq; propterea poterit ab anteriore creditore reuocari, ibi num.15.
Facta per Vxorem constante Matrimonio efficitur valida, si morte Mariti Matrimonium dissoluatur, aliàs non sustinetur, dum Matrimonium durat, ibi n.16.
Et ea bonorum dotalium ex quibus causis sustineatur, vide in concl.84. nu.139. cum seqq. & in concl.87. n.17. cum seqq.
Alienari non possunt à Marito catenę, annuli, gēmæ, torques, & similes res, nisi requisitæ solemnitates adhibeantur, & nisi mulier postquā semel consensit, elapso interuallo biennij denuò consensum præstet, & Maritus tantum in bonis retineat, vt indemnitati mulieris consulere possit, ibi n.18.
Alienari potest fundus dotalis, nedum pro necessitate famis, sed etiam pro alijs indigentijs puta, ob bellum, siue redemptionem captiuorū, aut personæ conseruationem; dummodo tamen Maritus proprio vitio huiusmodi necessitatem non perquisierit, ibi n.20.
Alienatio fundi dotalis facta inscia Vxore ipsi Vxori non præiudicat, ibi n.29.
Sed talis alienatio fundi dotalis nulliter facta, quando ratificata censeatur, vide ibi n.29.
Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum tenet, vita alienantis tantùm durante, ibi n.32.
Fallit, vt ibi n 33.
Sed si prohibeatur per pactum, illud tamen trāslationem Dominij non impedit, nisi esset additum, quòd in euentum contrarij alienatio nulla fieret, ibi n.33.
Alienandi prohibitio tacita legis dicitur, quādo lex consulit grauato, vt non alienet, ibi n.34.
Et quando est facienda illa de bonis fideicommisso subiectis, quæ forma sit seruanda, vide ibi num. 35. remissiuè.
Alienari possunt generaliter bona Ecclesiastica ex iusta causa, ibi n.37.
Amplia multò magis procedere, quando alienatio esset facta ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ, ibi n.36. & concl. 87. n.38.
In alienatione rei feudalis, vel Emphiteuticę, quādo assensus Domini sit necessarius, vide latè in Verbo Assensus, & concl.154.
Illa feudi potest fieri, etiam sine consensu directi Domini, n.39.
Declara tamen, vt ibi n.40. cum seqq. & vide in Verbo feudum.
Alienari possunt feuda iuxtà consuetudinem Frāciæ, sine consensu Domini, quia ea dicuntur Patrimonia Vassalorum, ibi n.43.
Illa autem alienatio feudi est permissa, sine consensu Domini, in augumentum ipsius feudi, ibi num.44.
Item in proximum immediatè successurum ea potest fieri per Patrem de feudo nouo, & multò magis cum assensu vni ex Filijs prælegari, ibi num. 45.
Alienari potest feudum in cōprehensos in inuestitura, etiam sine consensu directi Domini, & non reseruato illius beneplacito; dummodo tamen aliter Conuentum in inuestitura non reperiatur, ibi nu.46.
Itē alienari potest feudum, ob necessitatem famis, vel aliam Vrgentem, quando aliter Vassallo, vel liberis, siue Vxoris vitæ periculo subueniri non possit, ibi n.47.
Eodē modo quoq; est permissa pro solutionē debitorum, quando ea tamē sunt necessaria, veluti pro constituendis dotibus, & pro subuentione aliarum necessitatum propriæ domus, vel Decretis Ducalibus, ibi n.48.
Sed illa etiam concurrente licentia, & necessitate fieri non debet, quando bona allodialia extant, ibi n.49.
Et quando est facienda, tunc debet fieri illius oblatio, non solùm proximioribus, sed etiam quibuscumq; agnatis, ibidem.
Alienari potest feudum in causam dotis, vel aliarum necessitatum, si illius venditione consensus Domini concurrat; aliàs secùs, quamuis Pater alia bona præter feudum non haberet, ibi num.50.
Alienatio feudi, & Emphiteusis de Iure Cathalonię est permissa soluto per alienantem duplicato laudemio, ibi n.50.
Alienari res non potest à Patre in præiudicium Filiorū ea, quæ de sui natura ad extraneos non est transitura, & quam ipse stipulatus est pro se & Filijs, ibi n.51.
Et alienatio, quę potest fieri in vltima volunta-

Declara

Et

pro-

proprio, quando ipse egenus, & pauper fieret, ibi n.296.
Extende, quòd ob alimenta viri, potest fundus dotalis vendi, concl.89. n.296. & vide in Verbo Alienatio, & in concl.84. nu.140. & concl. 87. n.19. cum seqq.
Eorum præstatio, & excarceratio à pari non procedunt, & ideo de vno ad aliud non infertur, concl.84. n.140. & concl 89. n.296.
Et illa tenetur præstare Vxor viro; nedum attẽta qualitate dotis, sed etiam, & lucri, conclus. 89. num. 299.
Et siue debeantur ex obligatione, siue ex miseratione vtroq; casuratio dignitatis, & conditionis personarum, nec non qualitatis rerum est attendenda, ibi n.299.
Extende, quòd ea nedum tenetur præstare Vxor viro indigẽti, sed etiam Monasterium, in quod cum consensu sui viri fuerit ingressa, & cui illius bona, ac dos fuerit tradita, ibi n.300.
Contrarium tamen habetur, ibi n.301.
Item illa tenetur Vxor præstare viro indigenti, licèt esset legum contemptor, & magnus ribaldus, ibi n.302.
Extende, quòd etiam debentur Vxori, quando à viro iusta causa recessit, ibi n.303.
Extende alijs tribus modis, vt ibi n.304. cum seqq.
Item debentur Vxori, quando recederet à viro ex eo, quia concubinam teneret, aut ob eius sæuitiam, vel quando esset Homo rixosus, aut ob inimicitiam, vel odium capitale, quod cum ea, vel cum suis vigeret, concl. 89. num.306. & 308.
Debentur per virum mulieri, pendente lite super Matrimonio, immò sub nube, & illius collore, ibi n.309. & ibi ratio assignatur.
Debent præstari ventri prægnanti, ex bonis Mariti defuncti, quamuis esset dubium, an esset prægnans, & mulier esset diues, conclus. 89. num. 310.
Declara, vt ibi n.311.
Debentur per Maritum Vxori, quando de licẽtia illius, & ex causa necessaria alibi inhabitaret, ibi n.312.
Sunt præstanda per virum, non solùm ipsi Vxori, sed etiam illius familiæ, conclus. 89. num.313.
Et vt possint denegari Vxori, non sufficit probatio malæ famæ illius, sed sententia requiritur, ibi n.315.
Item debentur per Maritum Vxori, quæ à se recessit, dum de Iustitia causæ cognoscitur, ibi num.316.
Et quando debentur per Maritum Vxori, quę à se recessit, sunt præstanda pro modo dotis datæ, & receptæ, ibi n.317. & seqq.
Sed quando debentur respectu, & contemplatione alicuius rei particularis, si ea in fructifera fiat, aut perimatur, amplius non sunt præstanda, cum istud onus reale, & non personale dicatur, ibi n.319.
Extende, vt ibidem.
Et quando debentur contemplatione alicuius rei, debet haberi respectus ad fructus, & redditus illius, etiam si statuto caueretur, vt commutatio prius facta de fructibus in pecuniam perpetuò obseruetur, quia illud intelligi debet, rebus sic stantibus, ibi n.320.
Fallit, vt ibi n.321. & seqq.
Si eorum causa aliqua bona sint assignata Filiæ, & ea, absq; eius culpa amittantur, alia iterum assignari debent, ibi n.323.
Extende, ibi n.324.
Illa non tenetur præstare Maritus Vxori, quando dos fuisset exacta, & eò magis, quando illa non fuisset promissa ab Vxore, sed à Patre, fratribus, & extraneis, ibi n 326.
Extende, ibi sub n.327.
Contrarium tamen est verius de iure Canonico ibidem.
Eorum legatum, si sit relictum alicui ab extraneo ex fructibus, & redditibus certorum bonorum, quando fructus cessarent, amplius alimenta non deberentur, ibi n.329.
Et eo casu legatarius nõ tenetur ad solutionem collectarum illius fundi, nisi quando fructus excederent quantitatem debitam pro alimentis, ibi n.330.
Et quando sunt relicta alicui simpliciter, & indeterminatè, non autem contemplatione certæ rei, augentur, & minuuntur secundum tempora, & conditiones personarum, quibus ea debentur, & iuxta quantitatem familiæ, & Patrimonij, nec non iuxtà consuetudinem regionis, ac alterationem, & mutationem pretij ciborum, habitationis, & vestimentorum, concl. 89. nu.331.
Alere, & redotare ita tenetur Frater Sororem sicut Pater Filiam, ibi n.332.
Alimenta, quando essent alicui à testatore relicta, & quantitas illorum esset à testatore taxata, tunc si fructus non sufficiunt, proprietas vendenda erit, ibi nu.333.
Extende, vt ibidem.
Sed regulariter ex redditibus, fructibus, & accessionibus, non autem ex proprietate sunt præstanda, ibi nu.334.
Quando sunt relicta ex certo fundo, si ille non producat tot fructus, qui pro alimentis sufficiant, fundus ipse est obligatus pro illis, adeò, vt integra alendo debeantur, conclus. 89. num. 335.
Extende, vt ibi nu. 336.
Et quando debeantur, si res pro illis legata esset ab ipsomet testatore alienata, distingue, vt in concl.89. nu. 338.
Debentur Vxori Viduę, donec dos sibi restituatur, quę loco eorum succedit, & est causa finalis præstationis eorum, concl. 89. n.339. & ibi ratio assignatur.
Debentur mulieri ex fructibus, non autem ex proprietate dotis, ne breui tempore indotata remaneat, & sic mendicare cogatur, concl.89 num 339.
Sunt pręstanda Vxori Viduæ, per hæredes Mariti

Ea

 Con-

Et

Ad

Illius

Sed

Sed ad hoc, vt probetur, quomodo articuli sint formandi, vide ibi n.38. remissiuè.

Amicus potest acquirere amico absenti; dummodo postea acquisitionis ratificatio sequatur, concl.9. nu.20.

Vnus alterum amicum bannitum licitè recipere, & alere potest, cum inofficiosum sit amicū in necessitate deserere, si tamen amicitia sit magna, concl.89. n.194.

AMISSIO feudi ex eisdem causis fieri solet, ex quibus potest Filius à Patre exheredari, & donator suam donationem inter viuos reuocare, vel similibus, & maioribus, concl.101. n.1.

Plura vide in Verbo Feudum, & in Verbo Vassallus, & in dicta concl.101.

AMISSIO Priuilegij, quando, & ex quibus causis inducatur, vide in Verbo Priuilegium, & in concl.103.

AMISSIO rei non præsumitur, vndè illam allegans, tamquàm quid facti eam probare tenetur, concl.104. n.1.

Amissa dicitur res, quando facta diligenti inquisitione non reperitur, si tamen illæ diligentiæ fuerint factæ auctoritate Iudicis, & non aliàs, ibi nu. 2.

Allegans amissionem rei eam probare non sufficit, nisi etiam probet illam, absq; eius culpa euenisse, aliàs pœnam non euitabit, ibi n.3.

Sed in amissione rei, vel scripturę præsumitur culpam præcessisse, nisi eam non interuenisse probetur, ibi n.4.

Illius pœna est refectio damnorum, & interesse ibi sub n.4.

Amissa non præsumitur scriptura in aliquo Officio producta, sed potius à Notario dolo, & culpa occultata censetur; quando eam ex Officio custodire tenebatur, ibi n.5.

Amissio scripturæ ad hoc, vt excuset plenè, & concludenter, & aliter, quàm per iuramentum est probāda, si amittens ad custodiam tenebatur, aliàs secus, concl.104. n.7. & 8. concl.61. nu.7 cum. seqq.

Amittens scripturas, si ad illarum custodiam ex Officio, vel alia obligatione non tenebatur, tunc medio iuramento amissionem probando excusatur, concl.104. n.8.

Extende id multò magis procedere, quando cum iuramento, etiam alia adminicula concurrant, ibi n.9.

Extēde 2. quòd amittens librum, vel scripturam si ad custodiam non tenebatur, medio iuramēto excusatur, cum mitius semper agatur cum non obligato, quàm cum obligato, ibi n. 10.

Et scripturas amittens excusatur, si factis diligentijs apud eum non inuenitur, si tamen custodire non esset obligatus; secus si essemus in Notario, Mercatore, & similibus, ibi num.11.

Rerum, vel scripturarum amissio facta ex excidio Vrbis, eo ipso, quòd est probatum saccomannum, tunc ea ex coniecturis admittitur, ibi num. 12.

Et illa actorū ex incendio causata maximam excusationem affert parti, & præsumptionem solemnitatum pro eis inducit; ibi n. 13. & 18.

Scripturam amittens simplici iuramento non excusatur, si agatur de magno præiudicio; secus si de modico, concl.104. n.14. & ibi ratio assignatur.

Declara, vt ibidem.

Sed talis amissio scripturę, quando non à Notario, sed à tertio fuisset allegata, tunc per assertionem Notarij probari potest, ibi n.15.

Et semper in amissis id, quod deficit adesse præsumitur, ibi n.16.

Amissio actorum tollit iniustitiam sententiæ, quę ex illis consistere reperitur, ibi n.18.

Et probata amissione vnius scripturę, quę fuerit in alia scriptura enunciata, pro ea præsumitur, ibi n.19.

Et talis amissio quomodo probetur, ad hoc, vt vim Instrumenti habentis executionem paratam habeat, vide ibi n.20.

Amissæ quādo fuerit scripturæ, si reperiatur vnus testis, qui illius tenorem probet, ex eius dicto semiplena probatio resultat, ibi n. 21.

Amisso protocollo institutio hæredis probatur, per duos testes de illius tenore deponentes, ibi num. 22.

Rei, vel scripturę amissio, vt probetur prius illius existētia, & idētitas manifestis rationibus est probāda, ibi n.23. cū seq. & vide c. 99. n.40

Amissio Instrumenti non probatur, donec imbreuiatura Notarij existit, quia ea dicitur Originale, & sic ex ea illud haberi potest, ibi n.27.

Plura vide in Verbo Acta, & cōcl.31. n.53 & seq.

Amissę rei æstimationem tenetur præstare mulio, vel Procaccius, cui fuit consignata capsa sigillata, si eam dissigillatā reddidit, cōcl. 99. n.32.

Et illius rei valor, quādo consignātis, vel deponētis iuramēto probetur, vide ibi n.32. & seq.

Amissio lucri in spe radicati damnum inferre dicitur, concl.50. n. 35.

AMISSVM in ludo repeti potest, si ille qui amisit ad ludendum fuit ab altero tractus; secus si ille qui perdidit fuit ipse, qui traxit, cōcl. 102. n. 1.

Contrarium, vt ibi nu. 2. & sub nu. 3. assignatur ratio.

Non transfertur in vincentem, si amittens esset Filiusfamilias, ibi n.4.

Item in vincentem non transfertur, si amittens suorum bonorum liberam administrationem non haberet, veluti, quia esset seruus, vel Monachus, ibi n.5.

Est repetendum, si fraus, & dolus lucrantis interuenerit, puta ludendo cum taxillis, vel cartis falsis, ibi n.6.

Sed quòd ea pecunia, sit pauperibus eroganda quando turpitudo ex vtraq; parte versetur, ibi num.7.

Amissam pecuniam in ludo, si vincens nō habuerit, neq; pro illa consequenda actio datur, ibi n.8. & ibi ratio assignatur.

Amissum per Filium, vel Seruum in ludo, illud Pater, vel Dominus repetere potest, ibi n. 9.

Extende idem habere locum in Tutore, Curatore,

Potest,

testis

Et

An-

Con-

An-

tiam

Se-

Et

Ad-

Item

N præſſa

Item

quòd

Subex.

Non

Con-

Et

# Index Conclusionum,



&

Con-

Ar-

Sed

In-

Si

Et

Ar-

# Index Conclusionum,



Olati

In-

De-

De-

Secus

Facta

con-

AS.

lè

Purgari

In

AV-

Semel

Ea,

Item

Fallit

etiam

Su-

Priui-

# Index Conclusionum,



COM-

Com-

Si

De-

Item

Con-

V 2 De-

Ea

Ob

Ec

Ex-

Dar-

quando

Ex-

Potest

DO-

con-

E



Illius

# Index Conclusionum,

re,

Dicitur

Et

# Index Conclusionum,

Illæ

Fallit

Et

Illo

Illas

cam

fuerit

Quando

Bb Pro

G

Se

Ipso

HO-

Et

Quando

De-

Re-

In-

# Et Materiarum.

# Index Conclusionum,



tuo

Re-

Domo

Et

aut

Et

Pro-

Item

illi

Fallit

Merces

Ex-

Item

Vo-

Et

Fallit

Siue

 abiq;

Ex

O

puniatur

ORA-

P



Illud

# Index Conclusionum,



Pars

Arbi-

Finut ,

quando

Alio-

Eius

Secun-

Amba-

PRO-

Pu-

Facta

Et

Quo-

Con-

Facta

In-

Et

In

Fallit,

De-

con-

Si

Idem

TA-

Possessor

Tollere

Quanda

In-

Plura

Non

V

# Index Conclusionum,



tis

Nequè

VL-

An

F I N I S.



